OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=19619 page 1/2
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 11856
Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

CCCCLXXIII.

103 Codex membraneus germ. Sec. XVI. Folior. 120. f. perquam nitide exaratus, rubro nigroque varius continet *Opus Polemicum*, quo oſtenditur, doctrinam *Phil. Melanchthonis*, *Joh. Brentii* et aliorum *Lutheri* aſſeclarum nec cum ſacris Literis, nec cum ipſa Confeſſione Auguſtana cohaerere. Editum dicitur petentibus Diſcipulis Scholae Wittebergicae a quibusdam Scholae J. C. Diſcipulis. Sed en Titulum vernaculum: *Erklerung über philippi Melanth: Joan: Brentij, vnd der Lutheriſchen lehere, Das dieſelbige nit überal gleichförmig, noch mit den Prophetiſchen Apoſtoliſchen ſchrifften vnd Symbolis, auch nit mit irer Augſpurgiſchen Confeſſion über ain ſtimet. Vnd das auch die Augſpurgiſch Confeſſion nit in allen Articklen nach der ehnlichait des glaubens, vnd nach der h: ſchrifft gleichförmigkaitt gericht iſt. Auffs begern der Schüler der hohen Schul zu Wittenberg, Durch ettlich Schüler der Schul Jeſu Chriſti an tag gegeben.* Prologo gaudet duplici. Primus incipit: *Waher ſich diſe Erklerung vber das Corpus der Lutheriſchen Lehre verurſacht hab, das diſe in truck gegeben, Sol der Chriſtlich leſer wiſſen* &c. Alter, qui *Erinnerung* inſcribitur, ſic: *Gnade vnd fride in Chriſto dem herren, chriſtlicher Lieber Leſer. Du haſt vernomen in vnſer vorred, Das wir gnugſam haben anzaigt was vns beweget, diſe Erklerung — ausgebn zu laſſen* &c. Opus ipſum Confeſſionem *Aug.* per ſingulos ſequitur Articulos, primumque eam diſſentire ſaepe ſaepius a Verbo Dei, tum ab ipſa diſſentire praecipuos Theologos acatholicos illius temporis oſtendit. Autorem, niſi is *Fridericus Staphylus* ſit, ignorare me ingenue confiteor, ita nullo ſe veſtigio prodit. Doctum, in antiquitate omni eccleſiaſtica non minus, quam Adverſariorum ſcriptis verſatum fuiſſe res ipſa loquitur, adde, et maledictorum abſtinentem. An lucem publicam typis expreſſus hic illius labor unquam viderit, non magis novi, licet *Prologus* id *primus* inſinuare videatur. Quod vero *Melanchthone* etiamnum vivo, ſuumque *Corpus Doctrinae Chriſtianae Lipſiae*, anno ſuo emortuali 1560. publicante, paene ad umbilicum perductus fuerit, *Prologus alter* aperte tradit. Exemplar noſtrum magno cuidam Principi, *Ferdinando* I. aut *Maximiliano* fortaſſe Filio dicatum fuiſſe, ipſe ejus cultus exterior facile perſuadet.

CCCCLXXIV.

Codex chartaceus germ. Sec. 177
XVI. Folior. 202. f. perquam nitide exaratus continet Opus illud Polemicum, quod titulo: *Erklerung über philippi Melanth. Joan. Brentij, vnd der Lutheriſchen Lehre* &c. jam Cod. praeced. indicavimus.

CCCCLXXV.

2026-05-06

OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=19619 page 2/2
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 11856
Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

CCCCLXXV.

823 Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. 285. 8. continet *Stanislai Hoſii* piiſſimi, doctiſſimique Card. Epiſcopi *Varmienſis* a. 1579. defuncti, cui impactam in *Jöcheri Lexico Eruditt.* calumniam nemo ſanus absque indignatione legit, *Dialogum*, ut in edit. *Dilling.* 1559. 8. inſcribitur, *de Eo, num Calicem Laicis, et uxores Sacerdotibus permitti, ac diuina officia uulgari lingua peragi fas ſit;* germanice redditum a *Philippo Dobereiner*, cujus alios labores ad *Cod.* DXCVIII. indicavi. Sed Quaeſtiones hae inter *Aratorem* et *Harpagum* ventilatae, noſtroque rurſus tempore in ſcenam magno cum pondere miſſae alium quoque interpretem nactae ſunt, cujus Verſio prodiit *Dillingae* 1560. 4. cum *mſpta* noſtra annum 1559. in fronte et calce praeferat. Ad eas dignoſcendas utriusque initium juvat contendere.

Codex.	Editio.
Arator. *Was ſagſtu lieber Harpage, iſt dann dein maynung das man die angenomene vnnd durch die authoritet der gantzen kirchen bewerthe vnnd für recht gehaltene gewonheit, nemblich &c.*	Arator. *Harpage, was ſagſt du? Heltſt du darfür, daſs man verwerffen vnd verdammen ſoll die langhergebracht, vnd durch die heilig Chriſtlich Kirchen approbierte vnnd bekrefftigte gewonhait, welche will &c.*

Codex πρωτοτυπῳ preſſius inhaeret, quod habetur etiam in *Hoſii Opp.* omnibus, et nominatim edit. *Colon.* 1584. T. I. p. 644.

CCCCLXXVI.

628 Codex chartaceus lat. germ. Sec. XVI. Folior. 146. 4. ſequentia complectitur: I. *Commentarium Contra impiam Deoque inimicam Haereticorum legem, quod liceat cuique impune ac ſine aliquo impedinento de fide ſentire et prædicare ut uelit.* Per *Petrum Illicinum J. V. Doctorem Canonicum Eccleſiæ Olomucen.* Praefatio ad *Rudolphum* II. Imp. cui etiam praeſens Exemplar oblatum eſt, incipit: *Quemadmodum principis eſt prouidentiſſimi, Rudolphe Imperator inuictiſſime, vnicum Chriſtianæ Religionis præſidium, non modo ampliſſimis et præſtantiſſimis imperij ſui membris ſed alijs quoque ſubditis etiam minimis proſpicere atque opitulari et tanquam Sydus aliquod aſſiſtere: ita ſubditorum eſt, qui tenuioris etiam ſunt fortunæ, ſuo principi pro uirili ſua*

2026-05-06